

Christe fave	Cristo, aiutaci!
<p>✠ In nomine dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro constantino magno imperatore anno quartodecimo sed et romano et christophoro eius filio anno primo die sexta mensis ianuarii indictione decima neapoli: Certum est me lupum colonom filium quidam amiperti coloni de loco qui vocatur pumilianum massa atellana: a presenti die promptissima voluntate venundedi et tradidi tibi leoni genero meo: Idest in integro sex uncias (1) de integra una terra mea que vocatur ad horbета posita in memorato loco hoc est traversum iuxta via a parte de via de vibarum cum arboribus et introito suo et omnibus sivi pertinentibus unde nihil mihi exinde remansit aut reservavi que seiungitur et indivisum reiacent cum alia et similes sex uncias ex ipsa terra iuxta via publica qui pergit ad nucitum quas in mea reservavi potestate qui et simul coheret ab uno latere terra andree presbiteri et ab alio latere coheret sepis et fossatus: et de duobus capitibus coheret memoratas vias publicas. ita ut a nunc et deinceps memoratas integra sex uncias de iam nominata integra terra mea que vocatur ad horbета posita in memorato loco hoc est iuxta memorata via publica a parte de vibarum in traversum omni tempore divisa cum arboribus et introito suo et omnibus sivi pertinentibus. unde nihil mihi de memoratas sex uncias de iam dicta integra terra mea aliquod remansit aut reservavi: sicut superius legitur a me tibi venumdatas et traditas in tua tuisque heredibus sit potestate quicquid exinde facere volueritis liberam semper habeatis potestate absque omni censum et regula seu responsaticum. et neque a me memorato lupu colonus neque a meis heredibus vel a nobis</p>	<p>✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno primo di Romano e Cristoforo suo figlio, nel giorno sesto del mese di gennaio, decima indizione, neapoli. Certo è che io Lupo, colono, figlio invero di Amiperto, colono del luogo chiamato pumilianum massa atellana, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a te Leone, genero mio, vale a dire per intero sei once dell'intera mia terra chiamata ad horbета posta nel suddetto luogo, cioè trasversalmente vicino la strada dalla parte della via de vibarum, con gli alberi ed il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, di cui niente pertanto a me rimase o riservai, la quale è congiunta ed è indivisa con le altre simili sei once della stessa terra vicino la via pubblica che va a nucitum che riservai in mia potestà, le quali insieme confinano da un lato con la terra di Andrea presbitero e dall'altro lato con una siepe ed un fossato e sui due capi con le menzionate vie pubbliche. Cosicché da ora e d'ora innanzi le suddette sei once della predetta integra terra mia chiamata ad horbета, posta nel luogo menzionato cioè trasversalmente vicino la menzionata via pubblica dalla parte de vibarum, per sempre divisa, con gli alberi ed il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, di cui niente a me rimase o riservai delle menzionate sei once della predetta integra mia terra, come sopra si legge, da me a te sia venduta e consegnata e in te e nei tuoi eredi sia il potere di farne qualsiasi cosa vogliate e sempre libera ne abbiate la potestà senza alcun tributo o canone o responsatico e né da me anzidetto Lupo colono né dai miei eredi o da persona a noi</p>

personam summissam nullo tempore exinde habeas quacumque requisitionem aut molestia tam tu qui supra leo genero meo quamque tuis heredibus per nullum modum in perpetuum. insuper et ab omni homine omnique persona a partibus militie omni tempore ego et heredes mei tibi tuisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare promittimus in perpetuum. pro eo quod accepi a te exinde in presenti idest auri solidos duos bytianteos in omne decisione seu deliberatione ut inter nobis convenit. quod si aliter provenierit de his omnibus memoratis per quovis modum aut summissam personam tunc compono ego et heredes mei tibi tuisque heredibus auri solidos decem bytianteos. et hec chartula venditionis ut superius legitur firmam permaneant in perpetuum. scriptam per manum iohanni curialis et scriniarii per indictione memorata hoc signum ✕ manus memorati lupi colonus qui omnia memorata consentiens et testes ut subscriberent rogavit quod ego qui memoratus ab eo rogatus pro eum subscripsi et memoratos solidos confiteor percepisse

✕ Ego iohannes tabularius (2) rogatus a memorato lupu testi subscripsi et memoratos solidos confiteor percepisse.

Ego ursus filius quidam domini iohannis primarii rogatus a memorato lupu testis subscripsi et memoratos solidos confiteor percepisse

✕ Ego pulcari filius domini arsafii notarii rogatus a memorato lupu testi subscripsi et memoratos solidos confiteor percepisse ✕

✕ Ego iohannes curialis et scriniarius percomplevi et absolvi per memorata decima indictione.

subordinata in nessun tempo pertanto abbiate qualsiasi richiesta o molestia sia tu anzidetto Leone mio genero quanto i tuoi eredi in nessun modo e per sempre. Inoltre, da ogni uomo e da ogni persona dalle parti dell'esercito in ogni tempo io e gli eredi miei promettiamo pertanto per sempre di sostenere e difendere in ogni cosa te ed i tuoi eredi, per quello che dunque accettai da te in presente vale a dire due solidi aurei di Bisanzio, in ogni decisione o deliberazione, come tra noi convenimmo. Poiché se diversamente avvenisse di tutte le cose menzionate in qualsiasi modo o per persona subordinata, allora io e miei eredi paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi dieci solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita come sopra si legge rimanga fermo per sempre, scritto per mano di Giovanni, curiale e scriniario, per la suddetta indizione.

Questo è il segno ✕ della mano del menzionato colono Lupo, che assentendo tutte le cose anzidette richiese ai testimoni di sottoscrivere e che io anzidetto, richiesto da lui, per lui sottoscrissi e riconosco che i suddetti solidi sono stati percepiti.

✕ Io tabulario Giovanni, pregato dal menzionato Lupo, come teste sottoscrissi e riconosco che i menzionati solidi sono stati percepiti.

Io Urso, figlio invero di domino Giovanni primario, pregato dal menzionato Lupo, come teste sottoscrissi e riconosco che i menzionati solidi sono stati percepiti.

✕ Io **pulcari**, figlio di domino Arsafio notaio, pregato dal menzionato Lupo, come teste sottoscrissi e riconosco che i menzionati solidi sono stati percepiti. ✕

✕ Io Giovanni, curiale e scriniario, completai e perfezionai per la menzionata decima indizione.

Note:

(1) Heic pro re nata animadvertere proderit *unciam* inferiori etiam aevo usurpatum fuisse ea notione, qua olim apud Romanos, nempe ut duodenam denotaret partem rerum, quae in partes duodecim dividi consueverunt. Hac maxime significatione occurrit in plurimis vetustis instrumentis, cum de praediorum

mensura sermo est. Quoad vero terrae spatium, quod *uncia* complectebatur, αρχαιολογοι quidem omnes, ac praecipue Gerbertus apud Pezium (*Thes. anecd. tom. III. part. II. pag. 74*) docuerunt *unciam* antiquitus fuisse duodenam partem iugeri, quod in quatuor ac viginti perticas, minirum in passus 240 in longum, ac passus 120 in latum a decempedoribus dividebatur. Verum per sequiora tempora *uncia* non unum semper idemque agrorum spatium denotatum fuisse recte admodum arguit Fridericius (*Degl' Ipat. di Gaet. pag. 68 et 158*) cum e veteribus membranis, tum e legibus 158, 159 et 160 a langobardorum Rege Rotari latis, quas legere est apud Muratorium (*Rer. Ital. Script. Tom. I. par. 2, pag. 27*). Cum enim legibus hisce imperatum esset, ut quaevis hereditas herciscunda, sive immobilibus, sive mobilibus rebus constaret, in duodenas *uncias* distribueretur, hinc fiebat ut *unciae*, in quas haereditaria dividebantur praedia, maioris vel minoris amplitudinis evaderent, prout ipsa praedia magis vel minus ampla extabant.

(2) Apud Romanos olim, ut Cuiacius (*L. univers. c. de Decurion.*) ac Gothofredus (*Cod. Theod. lib. VIII. tit. 12 §. 5 de Tabul.*) testantur, *Tabularii* dicebantur, qui civitatum aut provinciarum tabulas sive chartas tractabant, rei tributariae supputabant rationes, et tabulario civitatis praeerant, in quo praeter chartas pleraque alia tum publica tum privata recondebantur. Adhaec pro imperitis literarum ipsi scribebant aut subscribebant, et pro stipulari nequeuntibus stipulabantur. Verum apud nos sequiori aetate dicti fuere *Tabularii* quidam e curialum ordine delecti, qui tametsi conscribendis instrumentis vacarent perinde ac reliqui curiales, his tamen anteibant eo quod plerumque simul cum *Primario* de quo adnotatum est pag. 23, transcribebant, suisque roborabant subscriptionibus non modo instrumenta, verum et privilegia temporis vetustate, aut aliis causis lacera vel exesa, quemadmodum neapolitanae Consuetudines praecipiebant (*De instrument. confect. per curial. neapol. tit. XII. §. 5*).